

inutilis et incorrigibilis fuerit, vel aliquis eorum A est interim constituite, donec ad meam notitiam obierit, non inconsiderate decanum eligite. Et si electio illa referatur, et mea constiutione aut con- ego in longinquo sum, decanum illum qui electus firmetur, aut immutetur.

HINCARI

ARCHIEPISCOPI RHEMENSIS

CORONATIONES REGIÆ

I.

CORONATIO CAROLI CALVI

Quando in regno Lotharii consecratus est.

Ordo qualiter CAROLUS rex fuit coronatus in Mettis civitate, anno 869, in mense Septembris, v Idus Septembres, quæ evenit die Veneris, cum istis episcopis, videlicet Hincmaro archiepiscopo, Adventio, Attone, Arnulfo, Francone, Hincmaro et Odone; quando quondam rex Lotharius, filius Lotharii imperatoris, fuit mortuus in Placentia civitate.

Annuntiatio Adventii episcopi ante initium missæ in ecclesia S. Stephani coram rege, et episcopis, et aliis quamplurimis.

CAP. I. — Vos scitis, et multis in plurimis regnis est cognitum, quantos et quales eventus tempore senioris nostri, quem hactenus habuimus, pro causis notissimis communiter sustinuimus, et quanto dolore, quantaque angustia de illius infausta morte nuper cordibus percussi sumus. Unde unicum refugium et singulariter salubre consilium, rege et principe nostro desdituti ac desolati, nobis 742 omnibus esse consideravimus, ut jñjuniis et orationibus ad eum nos converteremus qui est adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, et cujus est consilium, ac cujus est regnum, et ut scriptum est cui voluerit dabit illud, et in manu cujus corda sunt regum, et facit unanimes habitare in domo, solvens medium parietem et faciens utraque unum: deprecantes illius misericordiam, ut daret nobis regem ac principem secundum cor suum, qui in judicio et justitia nos in omni ordine ac professione regeret, salvaret, atque defenderet juxta voluntatem ejus, et corda omnium nostrum unanimiter in eum inclinaret atque uniret, quem ipse ad salutem et profectum nostrum præscitum et electum atque prædestinatum habebat secundum misericordiam suam.

CAP. II. — Quia denique voluntatem Dei, qui voluntatem timentium se facit, et deprecationes eorum exaudit, in concordia unanimitate nostra videmus hunc regni hujus hæredem esse legitimum, cui nos sponte commisimus, domnum videlicet præsentem D regem ac principem nostrum Carolum, ut nobis

B præsit et prosit, videtur nobis, si vobis placet, ut sicut post illius verba vobis manifestabimus, signo certissimo demonstramus, quia illum a Deo electum et nobis datum principem credimus, et eidem largitori Deo ex suis beneficiis non simus ingrati, sed gratiarum actiones illi referentes, oremus quatenus et eum nobis ad salutem et defensionem sanctæ suæ Ecclesiæ, et ad auxilium atque profectum omnium nostrum, cum salute ac pace, et tranquillitate nobis conservet diutius, et nos fideli devotione illi obsequentes, atque opta salvatione fruentes, sub illius administratione in suo gubernet servitio.

CAP. III. — Et si illi placet, dignum ipsi et necessarium nobis esse videtur, ut ex ejus ore audiamus quod a Christianissimo rege, fideli et unanimi i servitio illius populo, unicuique in ordine suo cor venit audire, ac devota mente suscipere.

Post hæc rex Carolus hæc quæ sequuntur per eundem ecclesia cunctis audientibus denuntiavit.

Quia sicut isti venerabiles episcopi unius ex ipsis voce dixerunt, et certis indiciis ex vestra unanimitate monstraverunt, et vos acclamastis, me Dei electione ad vestram salvationem et profectum atque regimen et gubernationem huc advenisse: sciat me honorem et cultum Dei atque sanctarum ecclesiarum Domino adjuvante conservare, et unumquemque vestrum secundum sui ordinis dignitatem et personam juxta meum scire et posse honorare et salvare, et honoratum ac salvatum tenere velle, et unicuique in suo ordine secundum sibi competentes leges tam ecclesiasticas quam mundanas, legem et justitiam conservare, in hoc ut honor regius et pote-

debita obedientia, atque adiutorium ad re-
nihil a Deo 743 datum continendum et de-
um ab unoquoque vestrum secundum suum
a et dignitatem atque possibilitatem mihi ex-
r, sicut vestri antecessores fideliter, juste, et
biliter meis antecessoribus exhibuerunt.

*Oratio Hincmari archiepiscopi in ecclesia
Sancti Stephani.*

I. Ne alicui forte videatur incongrue ac præ-
sæ me ac provinciæ nostræ venerabiles co-
os facere, quoniam de altera provincia ordi-
et causis hujus provinciæ nos immiscemus,
e contra canones sacros non agere, quoniam
nsis et Trevirensis Ecclesiæ in hac regione
, cum sibi commissis Ecclesiis, sorores et
vinciales habentur, sicut auctoritas ecclesia-
antiquissima demonstrat consuetudo: ac
unanimes consensu et synodalia judicia exer-
; quæ a sanctis Patribus constituta sunt,
concorditer custodire, hac privilegii condi-
servata, ut qui prior de Rhemensi et Trevirensi
is fuerit ordinatus, prior etiam habeatur.

II. Et lex divinitus inspirata præcipit dicens:
*teris per messem amici tui colligens spicas,
confricabis ad manducandum, falcem autem
ttas, vel falce non metas (Deut. xxiii, 25).*
est populus, ut Dominus monstrat in Evan-
licens: *Messis quidem est multa, operarii autem
Rogate dominum messis, ut mittat operarios
sem suam (Matth. ix, 37, 38)*: quia vos pro
piscopis debetis orare, ut vobis digne possi-
qui. Messis autem amici est populus in
ria alteri metropolitano commissa. Unde vos
do, quasi manu operis confricando, ad Dei
item, et vestram salutem in corpus unitatis
e valemus et debemus trajicere: in parochia-
lem provinciarum aliis metropolitans com-
um falcem iudicii non mittimus, quia nec est
sæ nostrum esse consideramus.

III. Est et alia causa, qui isti venerabiles
et confratres nostri provinciæ istius episcopi,
bentes metropolitanum episcopum, exiguita-
stram sic in suis, sicut et in specialibus
nostris, nos fraterna charitate jubent et com-
t agere. Est ita, domni fratres? Et respon-
ipsi episcopi: Ita est.

IV. Præter ea, quæ dominus episcopus et
oster Adventius vobis ex sua et cæterorum
a ac nostrorum fratrum et venerabilium
orum voce dixit, in hoc etiam advertere
s, voluntatem Dei esse, ut præsens dominus
noster, qui in parte regni, quam hactenus
t tenuit, et nobis ac ecclesiis nostris, et po-
bi commissio utiliter præest ac præfuit, et sa-
r prodest et profuit, inde ad hunc locum Do-
lucente pervenerit. 744 Quo etiam vos ejus
tione confluxistis, et ipsi vos sponte com-
stis, cujus instinctu animantia omnia in ar-

cam Noe significantem Ecclesiæ unitatem nullo
cogente convenerunt: quia sanctæ memoriæ pater
suus, dominus Ludovicus Pius imperator Augustus,
ex progenie Ludovici regis Francorum inclyti, per
beati Remigii Francorum apostoli catholicam prædi-
cationem cum integra gente conversi, et cum tribus
Francorum millibus, exceptis parvulis et mulieribus,
vigilia sancti Paschæ in Rhemensi metropoli bap-
tizati, et cœlitus sumpto chrismate, unde adhuc ha-
bemus, peruncti et in regem sacriati, exortus per
beatum Arnulfum, cujus carne idem Ludovicus pius
Augustus originem duxit carnis, et a Stephano papa
Romano ante sanctæ Dei genitricis et semper Virgi-
nis Mariæ altare, Rhemi in imperatorem est corona-
tus, et demum factione quorundam terreno imperio
destitutus, in prædictam regni partem, unanimitate
episcoporum et fidelis populi, ante sepulcrum sancti
Dionysii eximii martyris Ecclesiæ sanctæ est reddi-
tus, et in hac domo, ante altare protomartyris Ste-
phani, cujus nomen interpretatum resonat *coronatus*,
per Domini sacerdotes acclamatione fidelis populi,
sicut vidimus qui adfuimus, corona regni est imperio
restitutus. Et quia, ut in sacris historiis legimus,
reges, quando regna obtinuerunt, singulorum regno-
rum sibi diademata imposuerunt, non incongruum
videtur istis venerabilibus episcopis, si vestræ una-
nimitati placet, ut in obtentu regni, unde vos ad
illum sponte convenistis, et vos ei commendastis,
sacerdotali ministerio ante altare hoc coronetur, et
sacra unctione Domino consecretur. Quod si vobis
placet propriis vocibus consonate. Et in hoc concla-
mantibus omnibus, dixit idem episcopus: Agamus
ergo unanimiter Deo gratias, decantantes: Te Deum
laudamus.

BENEDICTIONES SUPER REGEM CAROLUM ANTE MISSAM,
ET ALTARE S. STEPHANI.

Adventius episcopus Metensis. Deus qui populis
tuis indulgentia consulis et amore dominaris, da huic
famulo tuo spiritum sapientiæ, cui dedisti regimen
disciplinæ: ut tibi toto corde devotus, et in regni
regimine maneat semper idoneus, et in bonis operi-
bus perseverans, ad æternum regnum te duce valeat
pervenire. Per Dominum, etc.

Hatto Viridunensis. Gratias tuas, quæsumus, Domi-
ne, huic famulo tuo tribue largitatem: ut mandata tua
te operante sectando, consolationem præsentis vitæ
percipiat et futuræ. Per Dominum.

Arnulfus Tullensis. Nostris quæsumus, Domine,
in regimine istius famuli tui propitiare temporibus,
ut tuo munere dirigatur, et nostra securitas et de-
votio Christiana. Per Dominum.

745 Franco Tungrens. Da, quæsumus, Domine,
huic famulo tuo salutem mentis et corporis: ut
bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur
virtute defendi. Per Dominum.

Hincmarus Laudunensis. Benedictionem tuam,
Domine, hic famulus tuus accipiat, qua corpore
salvatus ac mente, et gratam tibi semper exhibeat

servitutem, et propitiationis tuæ beneficia semper A inveniat. Per Dominum.

Odo Bellovacensis. Conserva quæsumus, Domine, hunc famulum tuum, et benedictionum tuarum propitius ubertate purifica, ut eruditionibus tuis semper multiplicetur et donis. Per Dominum.

BENEDICTIO HINCMMARI ARCHIEPISCOPI.

Extendat omnipotens Dominus dexteram suæ benedictionis, et effundat super te donum suæ propitiationis, et circumdet te felici muro custodiæ suæ protectionis, sanctæ Mariæ, et omnium sanctorum intercedentibus meritis. Amen. Indulgeat tibi mala omnia quæ gessisti, et tribuat tibi gratiam et misericordiam, quam humiliter ab eo deposcis: liberetque te ab adversitatibus cunctis, et ab omnibus visibilibus et invisibilibus inimicorum insidiis. Amen. B Angelos suos bonos semper et ubique, qui te præcedant, comitentur, et subsequantur, ad custodiam tui ponat: et a peccato seu gladio, et ab omnium periculorum discrimine, te sua potentia liberet. Amen. Inimicos tuos ad pacis charitatisque benignitatem convertat, et apud odiontes te gratiosum et amabilem faciat, pertinaces quoque in tui insectatione et odio confusione salutari induat, super te autem sanctificatio sempiterna effloreat. Amen.

Ad ista verba: Coronet te Dominus, inunxit eum Hincmarus archiepiscopus de chrismate ad dexteram auriculam, et in fronte usque ad sinistram auriculam, et in capite.

Coronet te Dominus corona gloriæ in misericordia et miserationibus suis, et ungat te in regni C regimine oleo gratiæ Spiritus sancti sui, unde unxit sacerdotes, reges, prophetas, et martyres, qui per fidem vicerunt regna, et operati sunt justitiam, atque adepti sunt promissiones: eisdemque promissionibus gratia Dei dignus efficiaris, quatenus eorum consortio in cœlesti regno perfrui merearis. Amen. Victoriosum te atque triumphatorem de visibilibus atque invisibilibus hostibus semper efficiat: et sancti nominis sui timorem pariter et amorem contigue cordi tuo infundat, et in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat, et pace in diebus tuis concessa, cum palma victoriæ te ad perpetuum regnum perducatur. Amen. Et qui te voluit super populum suum constituere regem, 746 et in præsentis sæculo felicem, et æternæ felicitatis tribuat D esse consortem. Amen. Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tuæ subdere ditioni, sua dis-

pensatione, et tua administratione, per diuturnæ tempora te faciat feliciter gubernare: quo divinis monitis parentes, adversitatibus omnibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fidei amore obsequentes, et in præsentis sæculo pacis tranquillitate fruantur, et tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

Ad ista verba: Coronet te Dominus, miserunt illi episcopi coronam in capite.

Coronet te Dominus corona gloriæ atque justitiæ, ut cum fide recta, et multiplici bonorum operum fructu, ad coronam pervenias regni perpetui, ipso largiente, cujus est regnum, et imperium in sæcula sæculorum.

Ad ista verba: Det tibi Dominus velle, dederunt illi palmam et sceptrum.

Det tibi Dominus velle et posse quæ præcipit, ut in regni regimine secundum voluntatem suam proficiens, cum palma perseverantis victoriæ ad palmam pervenias gloriæ sempiternæ. Gratia Domini nostri Jesu Christi, qui vivit.

ORATIONES IN MISSA.

Da nobis, omnipotens Deus, ut beati Gorgonii martyris tui veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum.

Oratio pro rege. Quæsumus, omnipotens, ut famulus tuus, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, a te virtutum etiam percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra vitare, et ad te qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat pervenire. Qui vivis et regnas cum Deo.

Super oblata. Respice, Domine, munera populi tui festivitatis votiva, ut tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per Dominum.

Munera, quæsumus, Domine, oblata sanctifica: ut nobis Unigeniti tui corpus et sanguis fiant, et Carolo regi nostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, te largiente usquequaque proficiant. Per eundem.

Postcommunio. Sacramentorum tuorum, Domine, communio sumpta nos salvet, et in tuæ veritatis luce confirmet. Per Dominum.

747 Hæc, Domine, communio salutaris famulum tuum ab omnibus tueatur adversis: quatenus et ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem, et post istius temporis decursum ad æternam perveniat hereditatem. Per Dominum.

filios ejus dicens : Sic benedicetis populo meo, et ego benedicam ei (Num. vi, 23 et 27), benedicat tibi, et custodiat te. Amen.

Illuminet faciem suam per te, et misereatur tui. Amen.

Convertat vultum suum ad te, et donet tibi pacem. Amen.

Extendat dexteram suæ benedictionis, et effundat super te donum suæ propitiationis, et circumdet te felici muro custodiæ suæ protectionis, sanctæ Mariæ et omnium sanctorum intercedentibus meritis. Amen. Indulgeat tibi mala omnia quæ gessisti, et tribuat tibi gratiam et misericordiam, quam humiliter ab eo deposcis : liberetque te ab adversitatibus cunctis, et ab omnibus visibilibus et invisibilibus inimicorum insidiis. Amen.

Multiplicet in te copiam suæ benedictionis, et confirmet in spe regni cælestis. Amen.

Actus tuos corrigat, vitam emendet, mores componat, et te ad cælestis paradisi hæreditatem perducat. Amen.

Talique intentione repleti valeas, quæ ei in perpetuum placeat. Amen.

Angelos suos bonos semper et ubique, qui te præcedant, comitentur, et subsequantur, ad custodiam tui ponat : et a peccato seu gladio, et ab omnium

periculorum discrimine te sua potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis, charitatisque benignitatem convertat, et odientibus te gratiosum et amabilem faciat: pertinaces quoque in tui insectatione et odio confusione salutari induat: super te autem sanctificatio sempiterna effloreat. Amen.

Victoriosum te atque triumphatorem de visibilibus atque invisibilibus hostibus Dominus semper efficiat: et sancti nominis sui timorem pariter et amorem continue cordi tuo infundat: et in fide recta bonis operibus perseverabilem reddat : et pace diebus tuis concessa, cum corona victoriæ ad perpetuum te regnum perducat. Amen.

750 Et qui te voluit super populum suum constituere regem, et in præsentis sæculo felicem, et æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Amen.

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tuæ subdere ditioni, sua dispensatione, et tua administratione per diuturna tempora te faciat feliciter gubernare: quo divinis monitis parentes, adversitatibus cunctis carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fideli amore obsequentes, et in præsentis sæculo pacis tranquillitate fruantur, et tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse præstare dignetur.

III.

CORONATIO JUDITH CAROLI FILIÆ

Cum rege Anglorum desponsata est.

*BENEDICTIO SUPER REGINAM,
quam Edelulfus rex accepit in uxorem,*

Nubas in Christo, obnupta nube cælesti, et refrigerata gratia spiritali, ac protecta ab omni illicita concupiscentia, pangas fœdus cum oculis tuis, ut non videas alienum virum ad concupiscendum eum, et non mæcheris in corpore vel corde tuo, et avertas oculos tuos ne videant vanitatem : quatenus in via Domini vivificeris, ut possis dicere cum Propheta : *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis (Psal. cxxii).* Et : *Levavi oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi (Psal. cxx).* Per Conditorem, et Redemptorem, ac Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum.

Benedic, Domine, has dotes, et accipientes tua benedictione dotare digneris : ut conjugii fidem et torum immaculatum servantes, sanctorum patriarcharum ascisci mereantur consortio. Per Dominum.

Accipe anulum, fidei et dilectionis signum, atque conjugalis conjunctionis vinculum, ut non separet homo quos conjungit Deus. Qui vivit et regnat in omnia sæcula sæculorum.

C Despondeo te uni viro virginem castam, atque pudicam futuram conjugem, ut sanctæ mulieres fuere viris suis, Sara, Rebecca, Rachel, Esther, Judith, Anna, Noemi, favente auctore et sanctificatore nuptiarum, Jesu Christo Domino nostro, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.

Deus, qui in mundi crescentis exordio multiplicandæ proli benedixisti, propitiare supplicationibus nostris, et huic famulo tuo, et huic famulæ tuæ, opem tuæ benedictionis infunde, ut in conjugali consortio secundum beneplacitum tuum, affectu compari, mente consimili, sanctitate mutua copulentur. Dita eos fructibus sanctis et operibus benedictis. Fac illos talem sobolem generare, quæ ad tui paradisi pertineat hæreditatem. Aperi, Domine, januas cæli, et visita eos in pace. Irriga terram eorum, ut germinet fructum spiritalem: sanctifica eos, qui datus es nobis ex virgine : et præsta eis tempora salutis, quæ ante tuum adventum prædixit sanctus propheta Joannes, ut hic fideliter credant, et beate viventes vitam et regnum consequantur æternum, gratia tua, Christe salvator noster, qui cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti, vivis et regnas Deus, per omnia.

BENEDICTIO REGINÆ.

A

CORONATIO.

invocamus, Domine sancte, Pater omnipotens et Deus, ut hanc famulam tuam, quam tuæ dispensationis providentia in præsentem diem ali flore lætantiæ crescere concessisti, tuæ is dono ditatam, plenam veritatis de die in coram te et hominibus ad meliora semper ere facias: ut in regimine suo gratiæ supernæ atem congaudens suscipiat, et misericordiæ nuro adversitate undique munita, cum pace iationis vivere mereatur. Per Dominum.

Sursum corda.

nine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, rum fortitudo, et humilium celsitudo, qui in rdio per effusionem diluvii crimina mundi ri voluisti, et per columbam ramum olivæ por n pacem terris redditam demonstrasti: iterum famulum tuum per unctionem olei sacerdotem li, et postea per ejus unguenti infusionem, ad dum populum Israeliticum, sacerdotes, reges, phetas perfecisti, vultumque in Ecclesiæ in oleo urandum prophetica famuli tui voce David esse xist: qui hoc etiam unguento famulæ tuæ Ju id liberationem servorum tuorum, et confusio- nimicorum, vultum exhilarasti, et ancillæ tuæ r faciem hac spiritali misericordiæ tuæ unc- adeo lucifluam reddidisti, ut efferatum cor ad misericordiam, et salvationem in te creden- ipsius precibus inclinaret. Te quæsumus, om- ens Deus, ut per hujus creaturæ pinguedinem, ibæ pace, simplicitate, ac pudicitia decoram C us. Per Dominum nostrum Jesum Christum Fi- tuum, qui venturus est judicare.

Gloria et honore coronat te Dominus, et ponat super caput tuum coronam de spiritali lapide pretioso, ut quidquid in fulgore 752 auri, et in vario nitore gemmarum significatur, hoc in tuis moribus, hoc in actibus semper refulgeat: quod ipse præstare dignetur, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum.

BENEDICTIONES.

Benedic, Domine, hanc famulam tuam, qui regna regum a sæculo moderaris. Amen.

Opera manuum illius suscipe, et benedictione tua terra ejus de pomis fructuum cœli, et rore atque ubysso subjacente repleatur. Amen.

De vertice antiquorum montium et collium æternorum, de frugibus terræ et plenitudine ejus, tua benedictione lætetur. Amen.

Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput ejus. Da ei de rore cœli, et de pinguedine terræ, abundantiam frumenti et vini: ut serviant illi ac semini ejus populi, et in honore tuo tribus illam et semen ejus adorent. Amen.

Reple eam benedictionibus uberum et vulvæ: benedictiones patrum antiquorum confortatæ sint super eam, et super semen ejus, sicut promisisti servo tuo Abraham, et semini ejus in sæcula. Amen.

Concede, quæsumus, omnipotens et misericors Deus, ut hæc dona tua, quæ fideles tui acceperunt de manu tua, dantibus, accipientibus, et dispensantibus, ad præsentis vitæ subsidium, ac redemptionem animarum, atque ad vitam capessendam proficiant sempiternam. Per Dominum.

IV.

HERMINTRUDIS REGINÆ

LOCUTIO DUORUM EPISCOPORUM in ecclesia Medardi, quando Hermintrudis fuit consecrata reginam.

umus vos scire, fratres, quia dominus et senior r, Carolus rex gloriosus, nostræ humilitatis pe- evolutionem, ut auctoritate ministerii nobis a D ollati. sicut ipse in regem est unctus et con- tus episcopali auctoritate, unctione sacra et lictione, veluti in Scripturis legimus Dominum episse ut reges ungerentur et sacrarentur in m potestatem: ita uxorem suam dominam nos- in nomine reginæ benedicamus, sicut et a sede olica et a nostris decessoribus antea de aliis fa- 753 comperimus. Et ut non vobis sit mirum : hoc petat, fraternitati vestræ rationem red- maturamus. Videlicet quia, sicut multis est itum, Deus omnipotens sua gratia istud regnum

in manus suorum antecessorum mirabiliter aduna- vit: quod ipsi decessores sui nobiliter gubernave- runt, et per successiones sua progenies usque ad hæc tempora rexit. Et isti nostro seniori Deus filios, sicut vobis notum est, dedit: in quorum nobilitate ad sanctam Ecclesiam et regnum, quod Deus illi ad regendum commisit, fideles illius spem maximam se habere sunt gratulati. De quibus ipse aliquos Deo obtulit, ut etiam de fructu ventris sui oblationem Deo offerret: aliquos Deus adhuc ætate immatura sua gratia de hoc sæculo rapuit, ne, ut scriptum est, malitia mutaret corda eorum: aliquibus autem, quod vos non latet, suo judicio talem passionem permisit incurrere, sicut fideles illius agnoscuntur dolere. Propterea petit benedictionem episcopalem super uxorem suam venire, ut talem sobolem ei Dominus de illa dignetur donare, unde sancta Ec-

clesia, solatium, et regnum necessariam defensionem, et fideles illius desiderabile adjutorium, et ista Christianitas optabilem tranquillitatem, et legem atque justitiam, cum illis quos adhuc habet, annuente et cooperante Domino, possit habere. Et de hoc in sanctis Scripturis habemus auctoritatem : quia sicut Dominus ad Abraham dixit : *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen. xxii, 18), cui jam centenario de nonagenaria uxore Isaac liliam dedit : ita et ipsum Isaac uxorem sterilem accipere fecit, ut et in hoc, sicut in multis solet facere, misericordiae suae largitatem ostenderet. Et inde dicit Scriptura quia *deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis* (Gen. xxv, 21), et concepit. Et non sit vobis mirum cur antea hoc non fecit : quia, sicut sacra Scriptura dicit, in principio conjunctionis masculi et feminae dixit Dominus ad Evam, *Ad virum tuum erit conversio tua et ipse dominabitur tui* (Gen. iii, 16). Et cum jam essent moribus in legitima conjunctione maturi, et propectae aetatis, Abraham et Sara, et, ut sanctus Petrus dicit : *Sara obediebat Abruhæ, dominum eum vocans* (I Petr. iii, 6) : dixit Dominus ad Abraham, quod antea nec ipsi, nec alio homini legimus illum dixisse, *Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus* (Gen. xxi, 12). Jam enim et Abraham presbyter merito vocabatur, et defecerant muliebria, id est omnis lascivitas, Saræ : et tunc acceperunt benedictionem seminis benedicti a Domino, in quo benedicuntur omnes gentes. Amen. His ergo fulti auctoritatibus, in dispensandis Dei donis, qui ab illo ministri ejus sumus ad hoc constituti, ut Leo dicit, non debemus esse difficiles, nec devotorum petitiones negligere : maxime si ipsas petitiones evidentibus indiciis ex Dei viderimus miseratione conceptas. Quia multiplex misericordia Dei ita saluti humanæ subvenire decrevit, ut præcipue sacerdotum supplicationibus ipsa salus debeat obtineri. Cui operi, ut in sacris litteris legimus, ipse Salvator intervenit : nec 754 unquam ab his abest, quæ ministris suis exsequenda commisit dicens : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus* (Matth. xxviii, 20). Et si quid per servitutum nostram bono ordine, et gratulando implemus affectu, ut Leo dicit, non ambigamus per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum. Et ideo, fratres, quoniam ita est et nostra pro vobis ministratio, et vestra erga nos conjuncta devotio, ut una fiat apud Dominum supplicatio, sicut legimus, quia ad hoc constituti sunt sacerdotes, ut prius pro suis, deinde pro populi orent peccatis : et oratio fiebat sine intermissione ad Deum pro Petro, id est pro omni episcoporum choro : orantibus nobis pro communi nostra, imo pro totius Ecclesiae ac populi necessitate atque salute, commune votum etiam vestra communis prosequatur oratio, apud eum qui facit unanimes habitare in domo, et vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,

qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, et dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem tuam facto inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ac femineo corpori de virili dedisti carne principium : docens quia quod ex uno placuit tibi institui, non liceat ab homine separari : respice propitius super hanc famulam tuam martiali junctam consortio, quæ tua se expetit protectione muniri. Sit in ea jugum dilectionis et pacis, fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat seminarum. Sit amabilis ut Rachel viro, sapiens ut Rebecca, longæva et fidelis ut Sara. Nihil in ea ex actibus suis auctor prævaricationis usurpet, nexa fidei mandatis permaneat, uni toro juncta contractus illicitos fugiat : muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis cœlestibus erudita. Sit fecunda in tibi placita sobole, sit probata et innocens. Percipiat per hanc sacram misericordiae, lætitiæ, et exultationis olei unctionem, sanitatem mentis, incolumitatem corporis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei, plenitudinem charitatis. Corona eam, Domine, corona justitiæ : corona eam fructibus sanctis, et operibus benedictis. Sit meritis et nomine atque virtute regina, assistens in hoc sæculo fide recta et operibus bonis, et in futuro honore et gloria coronatâ a dextris regis, in vestitu bonorum operum, circumdata virtutum varietate. Fac illam talem sobolem generare, quæ ad paradisi tui pertineat hæreditatem. Præsta, Domine, huic famulae tuæ tantum charitatis affectum, et misericordiae studium, atque religionis augmentum, ut tuum jugiter promereatur auxilium. Callidi serpentis ab ea venena repelle, et lorica fidei indutam scuto salutis eam defende, actus ejus corrige, vitam emenda, mores compono, 755 et eam in senectute bona ad cœlestia regna digneris perducere. Per eundem Dominum nostrum.

Coronet te Dominus gloria et honore, et sempiterna protectione. Qui vivit et regnat.

Deus omnipotens, qui benedixit Adam et Evam, dicens : *Crescite et multiplicamini* (Gen. i, 28), et patriarcharum benedixit conjugia, quique cum Tobias misit Raphael angelum suum, cujus ministerio dæmonium effugavit a Sara uxore ipsius, benedice te, et Ill. futuram uxorem tuam, ut secundum preceptum Domini effecti duo in carne una, quod Deus jungit homo non separet ; et det vobis benedictionem de rore cœli et de pinguedine terræ. Benedicimus enim vobis in nomine Domini, qui mittat angelos suos bonos, ut vos custodiant semper, et omnem phantasiam, et nequitiam, atque versutiam omnium malignorum spirituum et hominum a vobis depellant, et ab omni inquinamento omnis adulterii, omnibusque insidiis humanis et diabolicis protegant, muniant, et defendant, gratia Domini nostri Jesu Christi, qui amorem et timorem suum jugiter cordibus vestris infundat, ut consenescat pariter in senectute bona, et videatis filios filiorum vestrorum

es in voluntate Domini; et pax vobiscum **A** catholicæ communionē perseverantes, ad vitam per-
neat; atque in fide recta, ac bonis operibus, venialis æternam. Quod ipse præstare dignetur, cujus
ordia bona, et amore conjugali sincero, nec regnum et imperium sine fine permanet in sæcula
in confessione sanctæ Trinitatis, et Ecclesiæ sæculorum. Amen.

ADMONITIO AD LECTOREM

DE OPUSCULO SEQUENTI.

pserat Hincmarus, teste Flodoardo, metricum
egregium ad Carolū regem, quod appellavit
lum Salomonis, versibus constans quadrin-
quadraginta sex, cui et solutæ orationis par-
titeram adjecerat, quæ illius explicationem

continebat. Hæc est quæ nunc primum in lucem
datur ex antiquo exemplari. Prioris enim partis nihil
vidimus præter versus duodecim, quos suo loco
inter auctoris fragmenta proferemus.

HINC MARI

ARCHIEPISCOPI RHEMENSIS

EXPLANATIO IN FERECULUM SALOMONIS

Hoc regium ferculum, quod doctores sancti **B**
are dicunt Ecclesiam, corpus scilicet Christi,
us unitate eidem Christo per fidem, ut supra
travimus, quisque incorporatur, multis in
lura vocatur nominibus: ut est regnum cælo-
mulier, sponsa, uxor, columba, dilecta, vinea,
vile, civitas, turris, columna, firmamentum,
s, templum, corpus Christi, plenitudo Christi,
a, nuptiæ, cæna, et aliis, quæ lector forte
t invenire, fecit sibi rex Salomon, id est paci-
Idida, hoc est dilectus Domini, Coeleth, hoc
ncionator ipsius quidem Ecclesiæ. His quippe
s nominibus vocatus est Salomon, quia tota
a Trinitas fabricavit templum veri Salomonis,
ris scilicet Dei et hominum Mediatoris, in
beate et gloriosæ semperque Virginis ejus-
genitricis dominæ ac dominatricis nostræ Ma-
spiritus enim sanctus supervenit in eam, et
s Altissimi patris obumbravit illi: ideoque
i quod ex duabus et in duabus substantiis
naturis in unitate unius personæ ex ea natum
anctum vocatur, et est Filius Dei, per quem
i in excelsis Deo cantatur, et in terra pax est
nibus bonæ voluntatis; qui est Filius dilectus
o Patri bene complacuit, et a cujus facie est
ia et intellectus, et qui docet hominem scien-
et Spiritu sancto suo docet Ecclesiam omnem
tem. Fecit autem hoc ferculum sibi iste Rex
n et Dominus dominorum de lignis Libani,
Ecclesiam de fortibus animo et constantia ani-
is construxit. Ligna quippe Libani et celsitu-
et specie et sui natura imputribili multum **D**
ninent. Sic hæc ligna rationabilia atque fructi-
his et aliis virtutibus præeminent, non a se,

verum ab illo, qui hæc eadem ligna in ædificio
hujus feruli, id est Ecclesiæ, istiusmodi gratiosa
prædestinationis et electionis suæ gratia, id est gra-
tis data, composuit; qui omnes homines vult salvos
fieri, et neminem vult perire. Ut enim de costa
dormientis Adæ in paradiso fabricavit Evam, ita
ineffabilis misericordiæ gratia in cruce dormiens,
de latere suo profundens aquam et sanguinem,
quibus et lavacro rigaretur et poculo, ædificavit
Ecclesiam; quam mundat lavacro aquæ **757** in
verbo, et redimit sanguine pretioso, ut videlicet
agni immaculati et incontaminati, qui est ipse
Christus Jesus, et sanctificat Spiritu sancto suo,
salvum faciens in singulis, qui est passus pro omni-
bus, totum hominem, videlicet corpus et animam, et
hoc in sabbato, id est in requie unitatis Ecclesiæ, in
qua per salutarem spem fideles ad requiem tendunt
perpetuam; spe enim salvi facti sumus.

Hujus feruli columnæ sunt duæ, quia turbæ quæ
præcesserunt, et quæ Dominicum subsequuntur
adventum, per fidem Mediatoris ipsius, videli-
cet pacifici regis et feruli ædificatoris salvatæ
atque salvandæ, unius ejusdemque credulitatis
confessione clamant dicentes Osanna: *Per gratiam
enim, inquit Petrus, Domini Jesu credimus salvari
quemadmodum et illi (Act. xv, 11).* Vel certe duæ
columnæ sunt feruli, quia quisquis in unitate
præsentis Ecclesiæ cum fide recta et operibus bo-
nis perseveraverit, in futura, id est in æterna Ec-
clesia, de incorruptione animæ simul et corporis
inenarrabili exultatione repletus atque glorificatus
sine fine gaudebit. Quoniam Deus omnia in mensura
in qua constat qualitas, in numero quo continetur
quantitas, in pondere quo significatur **ratio per-**